

LES MACHABÉES.

LIVRE SECOND.

CHAPITRE PREMIER.

Lettre des Juifs de Judée à ceux d'Égypte, pour leur recommander de célébrer la fête de la nouvelle dédicace du temple. Autre lettre antérieure à la première, dans laquelle les Juifs de Judée exhortent ceux d'Égypte à célébrer la fête de la nouvelle dédicace du temple et celle du recouvrement du feu sacré.

1. Les Juifs qui sont dans Jérusalem et dans le pays de Judée, aux Juifs leurs frères qui sont répandus dans l'Égypte, salut et heureuse paix.

2. Que Dieu vous comble de biens; qu'il se souvienne de l'alliance qu'il a faite avec Abraham, Isaac et Jacob, ses fidèles serviteurs;

3. Qu'il vous donne à tous un même cœur, afin que vous l'adoriez, et que vous accomplissiez sa volonté avec un cœur grand, et un esprit plein d'ardeur;

4. Qu'il ouvre votre cœur à sa loi et à ses préceptes, et qu'il vous donne la paix;

5. Qu'il exauce vos prières, qu'il se réconcilie avec vous, et qu'il ne vous abandonne point dans le temps mauvais;

6. Quant à nous, nous sommes occupés à prier ici pour vous: maintenant que nous sommes plus tranquilles.

CAP. I. — 1. *Qui sunt per Ægyptum.* Les Juifs étaient alors en très-grand nombre en Égypte. Voici le témoignage qu'en rend Strabon dans Joseph (Antiq., livre XIV, 7). On trouve des Juifs dans toutes les villes, et il n'est presque aucune contrée qui ne les ait reçus. Cyrène et l'Égypte qui obéissent depuis longtemps aux mêmes maîtres, et plusieurs autres peuples, ont fait un si grand cas des hommes de cette nation, qu'ils ont adopté leurs coutumes: ils en nourrissent un grand nombre dans leur sein: accoutumés ainsi à vivre avec eux, ils en sont venus jusqu'à observer les mêmes lois. Les Juifs ont en Égypte de très-grands établissements, outre un grand quartier de la ville d'Alexandrie qu'ils occupent seuls, et où ils vivent en leur particulier, ils ont un ethnarque qui les gouverne; il juge leurs différends, prend soin du commerce, donne des ordres et les fait exécuter, comme le ferait le chef d'une république solidement établie. Cette importance des Juifs d'Égypte nous rend compte de ces lettres que nous trouvons au début du livre des Machabées.

CAP. I. — 1. *Fratribus.* Hæ litteræ anno 188 regni Græcorum, gubernante judaicam rempublicam Joanne Hircano, Simonis filio, cujus mentio est ultimo capite superioris libri, missæ sunt a Judæis habitantibus Hierosolymis, ad Judæos qui erant in Ægypto, quos Rupertus et alii tradunt in magno tunc errore vixisse, templo in Ægypto edificato contra Dei legem.

2. *Testamenti. Pacti. — Servorum suorum.* Servos suos noster interpres genitivos, ut sunt in græco, ad verbum expressit.

3. *Volenti.* Prompto.

4. *Adoperiat cor vestrum in lege sua.* Ut scilicet legem intelligatis, et ad praxim revocetis. Judæi egyptii male intelligebant Scripturam Isaie de altari in media Ægypto excitando, Isa., c. 19, n. 19. — *Faciatis pacem.* Prospera omnia vobis largiatur, ut solet iis qui legem suam fideliter servant.

5. *Exaudiat orationes vestras, et reconcilietur vobis.* A quibus illum aversum esse veremur. — *Malo.* Calamitoso.

6. *Hic sumus orantes pro vobis.* Ut prædicta Dei dona recipiatis.

1. *FRATRIBUS* qui sunt per Ægyptum, Judæis salutem dicunt fratres qui sunt in Jerosolymis, Judæi, et qui in regione Judææ, et pacem bonam.

2. *Beneficiat vobis Deus,* et meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, et Isaac, et Jacob, servorum suorum fidelium;

3. *Et det vobis cor omnibus,* ut colatis eum, et faciatis ejus voluntatem corde magno, et animo volenti.

4. *Adoperiat cor vestrum in lege sua,* et in præceptis suis, et faciatis pacem.

5. *Exaudiat orationes vestras,* et reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo.

6. *Et nunc hic sumus orantes pro vobis.*

7. *Regnante Demetrio,* anno centesimo sexagesimo nono, nos Judæi scripsimus vobis in tribulatione, et impetu, qui supervenit nobis in istis annis, ex quo recessit Jason a sancta terra, et a regno.

8. *Portam succenderunt,* et effuderunt sanguinem innocentem; et oravimus ad Dominum, et exauditi sumus, et obtulimus sacrificium, et similaginem, et accendimus lucernas, et proposuimus panes.

9. *Et nunc frequentate dies scenopægiæ mensis casleu.*

10. *Anno centesimo octogesimo octavo,* populus qui est Jerosolymis, et in Judæa, senatusque, et Judas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis qui est de genere christorum sacerdotum, et his qui in Ægypto sunt, Judæis, salutem et sanitatem.

7. Sous le règne de Démétrius, l'an cent soixante-neuvième, nous vous écrivîmes, nous autres Juifs, dans l'affliction et dans l'accablement des maux qui nous étaient survenus pendant ces années, depuis que Jason, se fût retiré de la terre sainte et du royaume d'Israël.

8. Ils brûlèrent la porte du temple, et ils répandirent le sang innocent: nous priâmes le Seigneur, et nous fûmes exaucés: nous y offrîmes le sacrifice, et la fleur de la farine: nous allumâmes les lampes, et nous exposâmes les pains.

9. Célébrez donc maintenant la fête des Tabernacles du mois de casleu.

10. L'AN cent quatre-vingt-huitième, Le peuple qui est dans Jérusalem et dans la Judée, le sénat et Judas, à Aristobole, précepteur du roi Ptolémée, de la race des prêtres sacrés, et aux Juifs qui sont en Égypte, salut et prospérité.

7. *Regnante Demetrio.* Ce Démétrius était Démétrius Nicanor. L'an 169 de l'ère des Séleucides répond à l'an 142 avant Jésus-Christ. L'auteur du II^e livre des Machabées a aussi adopté pour sa chronologie l'ère des Séleucides; mais au lieu de faire commencer ses années au mois de nisan (mars), comme le premier, il les commence au mois de tisir (septembre). De là les différences de date qu'on remarque entre ces deux livres. (Voyez notre Préface). — *Ex quo recessit Jason.* Jason était le frère du grand-prêtre Onias. Il avait voulu usurper la souveraine sacrificature et avait appelé les Syriens en Judée pour obtenir d'eux cette dignité.

10. *Anno centesimo octogesimo octavo.* Cette date répond à l'an 123 avant Jésus-Christ. Jean Hyrcan était depuis 12 ans à la tête de la nation juive. — *Senatusque et Judas.* Il est évident qu'il ne s'agit pas ici de Judas Machabée, mort l'an 152, c'est-à-dire 36 ans auparavant, mais de Judas l'Essénien, dont Joseph parle comme d'un prophète qui ne se trompait jamais dans ses prédictions. — *Aristobolo magistro Ptolemæi.* Aristobule, précepteur du roi Ptolémée Philométor, était prêtre de la race d'Aaron et philosophe de l'école d'Aristote. Il dédia à son royal élève un Commentaire grec sur le Pentateuque, dans lequel il s'attachait à prouver que les anciens poètes et les anciens philosophes grecs avaient profité des livres de Moïse, et que le peuple Juif et son histoire n'avaient pas été inconnus aux anciens historiens grecs. Eusebe cite plusieurs fragments de cet ouvrage dans sa Préparation évangélique (liv. XIII, cap. 12).

7. *Demetrio.* Vide supra, lib. 1, c. 11. — *Impetu.* Græce, *ἄγχι*, id est, cum tribulatio illa ad summum vigorem pervenisset, et nos vehementissime urgeret et premeret; id est, in summo nostro discrimine scripsimus ad vos. — *Recessit.* Defecit, per apostasiam.

8. *Portam.* Urbis Jerusalem templi et aliarum urbium, impio Jasone instigante. — *Sacrificium et similaginem.* Sacrificia ex animalibus, addita simila, juxta legem. Vide Exod., c. 29, n. 40. — *Accendimus lucernas.* In candelabro templi. — *Proposuimus panes.* In mensa propositionis.

9. *Et nunc frequentate.* In græco est, et nunc (supple scribimus) ut agatis dies scenopægiæ mensis casleu. — *Scenopægia.* Festum encæniarum, quod instar festi scenopægiæ celebratur, I. Machab., cap. 4, n. 52, et libro hoc secundo, c. 10, n. 5 et 6. Alioqui scenopægia, sive Tabernaculorum solemnitas spectabat ad mensem tisir. Exod., 23 et 34; Levit., 23. Vide Riberam, lib. 5 de Festis, c. 17 et 18. — *Casleu.* Qui novembri nostro respondet.

10. *Anno centesimo octogesimo octavo.* Hoc multi putant esse initium alterius epistolæ; sed Serarius et Sallianus probabiliter negant, voluntque esse sensum, quasi dicant: Et hæc quidem illo anno scripsimus, hoc autem anno 188 scribimus vobis quæ sequuntur. Ut autem constaret quinam essent qui scriberent, eos enumerat, ut fit initio epistolarum; cum præsertim hæc enumeratio initio epistolæ fuisset prætermittenda; dictum enim tantum fuerat; *fratribus, etc.*, nominibus eorum qui scribebant non appositis. — *Et Judas.* Quia Judas Machabæus dudum erat mortuus ante annum hunc 188, propterea in eam multi sententiam iverunt, ut verba illa anno 188, etc., essent clausula superioris epistolæ, et posterior inciperet illis verbis: *Populus qui est Jerosolymis, etc.* Sed dicendum Judam, cujus hic mentio, non esse Judam Machabæum, sed Judam quemdam secta Essenorum prophetiæ dono inclytum, cujus predicationes, inquit Josephus, lib. 13, cap. 19, nunquam fefellerunt. Hunc ergo quia magnæ erat auctoritatis et religionis, initio epistolæ adscribunt. Ita Serarius et Sallianus. — *Aristobolo magistro Ptolemæi regis.* De hoc Aristobolo ita scribit Eusebius, lib. 8, de Preparat., cap. 3: *Aristobolus autem ille, cujus secundus Machabæorum liber initio meminit, quemque Aristotelica peritum philosophia fuisse constat, similiter manus, et cætera membra, quando de Deo dicuntur, intelligenda esse, in libro quem ad Ptolemæum scripsit, declaravit, etc.* — *Magistro.* Videtur Aristobolus magistri regis nomen adeptus, vel propter librum illum, cujus proxime meminimus scriptum in regis gratiam, eique dictum; vel quod regem doceret res ad sacram Scripturam et legem mosaicam pertinentes. — *Ptolemæi regis.* Ptolemæum Philometorem intelligit, qui cum hæc scriberentur mortuus erat: sed nihilominus Aristobolo nomen magistri regis remanebat, quod semel adhæserat. — *Christorum.* Unctorum, *χριστων*.

11. Dieu nous ayant délivrés de très-grands périls, nous lui en rendons aussi de très-grandes actions de grâces, pour avoir eu la force de combattre contre un tel roi.

12. Car c'est lui qui a fait sortir de Perse, cette multitude de gens qui ont combattu contre nous et contre la ville sainte.

13. Mais ce chef de nos ennemis, étant lui-même en Perse avec une armée innombrable, a péri dans le temple de Nanée, ayant été trompé par le conseil frauduleux des prêtres de cette idole.

14. Car Antiochus étant venu avec ses amis au temple de cette déesse, comme pour l'épouser, et pour y recevoir de grandes sommes d'argent à titre de dot.

15. Les prêtres de Nanée lui montrèrent tout cet argent; et après qu'Antiochus fût entré avec peu de gens au dedans du temple, ils le fermèrent sur lui.

16. Alors, ouvrant une porte secrète qui rendait dans le temple, ils l'assommèrent à coups de pierres lui et ceux qui l'accompagnaient: et mettant leurs corps en pièces, ils leur coupèrent la tête et les jetèrent dehors.

17. Que Dieu soit béni en toutes choses, lui qui a livré ainsi les impies.

18. Comme donc nous devons célébrer le vingt-cinquième jour du mois de casleu, la purification du temple, nous avons jugé nécessaire de vous en donner avis, afin que vous célébriez

11. *Adversus talem regem.* Plusieurs commentateurs ont voulu voir dans ce roi Antiochus Epiphane, et il en est résulté une difficulté insoluble pour concilier le récit de la mort de ce prince avec ce qu'il en est dit au chap. IX de ce même livre, et au chap. VI du livre I^{er}. Il n'y a cependant rien dans le texte de cette lettre qui oblige à adopter cette interprétation. Nous préférons de beaucoup le sentiment de Ménochius qui est celui de Rupert, Médina, Sériarius, Mariana, Corneille de Lapierre, Tirin, du P. Frölich, et d'une foule d'autres. Le cardinal Wiseman l'a développé, et après cette discussion le doute n'est pas possible. La date de la lettre 188, le caractère du prince, tout s'accorde avec cette hypothèse, et il n'est pas vraisemblable que les Juifs de Judée aient parlé d'Antiochus Epiphane, qui était mort 40 ans auparavant.

13. *In templo Naneæ.* Ceux qui veulent qu'il s'agisse d'Antiochus Epiphane disent que Nanée était la même que Diane, ou Anaël, et qu'il était à Elymaïde, ou Elymais, ville de Perse (I. Mach., VI, 1 et 2). Quoique le texte dise positivement qu'Antiochus fut tué, ils supposent qu'il échappa à cette espèce de guet-apens, et qu'il mourut comme il est dit (I. Mach., VI, et II. Mach., IX, 1).

18. *Facturi igitur quinta et vigesima die mensis casleu.* Cette fête a été conservée par les Juifs modernes ainsi que celle des Tabernacles qu'ils célèbrent du 15 au 22 tischri (septembre-octobre). Mais il n'est parlé qu'ici de la fête du feu sacré. L'événement qui y a donné lieu n'est rapporté que dans cette lettre.

11. *Adversus talem regem dimicavimus.* Intelligit Antiochum Sidetem, filium Demetrii Soteris, qui Tryphonem persecutus est, etc., et Judæos in multis afflixit, et Simone adhuc vivente, et post Simonem filio ejus Joanne Hircano principatum tenente.

12. *Ebullire.* Prodire in magna copia, ut de ranis dictum, Exod., c. 8, n. 3, et de muribus. I. Reg., 5, 6. — *De Perside.* Late sumit Persidem, ut etiam Syriam comprehendit, Parthiam, Mediam et Chaldæam. Sic infra, hoc eodem capite, n. 19, dicitur: *Cum in Persidem ducebantur patres nostri*, id est, Chaldæam et Babylonem. Vide Serar. ad hoc cap., quæst. 11.

13. *In templo Naneæ.* Naneam hanc esse Venerem pluribus disputat Serar., ad hunc locum, quæst. 7. — *Consilio deceptus.* Aliter est in græco. Sed nostre versionis sententia est, fraudulento consilio sacerdotum Naneæ occisum Antiochum; res autem quomodo gesta fuerit statim subjicitur.

14. *Cum ea habitaturus.* Eam duxurus uxorem, hoc enim significant græca, ὡς γὰρ συν-οικησῶν αὐτῆ.

15. *Proposuisent eas.* Pecunias.

16. *Apertoque occulto aditu templi.* In græco autem est, ἀνοίξαντες τὴν τοῦ φανώματος κρυπτήν θύραν, id est, aperientes occultam portam, quæ erat in laqueari. — *Mittentes lapides.* E sublimi loco.

17. *Tradidit.* Morti, exitio.

18. *Purificationem templi.* Memoriam templi emundati, quod etiam festum enceniorum appellatum est. — *Diem scenopægiæ.* In græco est, *velut diem scenopægiæ.* — *Diem ignis.* Cujus historia statim subditur.

11. De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi, ut pote qui adversus talem regem dimicavimus.

12. Ipse enim ebullire fecit de Perside, eos qui pugnaverunt contra nos, et sanctam civitatem.

13. Nam cum in Perside esset dux ipse, et cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ :

14. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, et amici ejus, et ut acciperet pecunias multas dotis nomine.

15. Cumque proposuisent eas sacerdotum Naneæ, et ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum fani, clausurunt templum.

16. Cum intrasset Antiochus : apertoque occulto aditu templi, mittentes lapides percusserunt ducem, et eos qui cum eo erant, et diviserunt membra, et capitibus amputatis foras projecerunt.

17. Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios.

18. Facturi igitur quinta et vigesima die mensis casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis; et ut vos quoque agatis diem

scenopægiæ, et diem ignis qui datus est quando Nehemias, ædificato templo et altari, obtulit sacrificia.

19. Nam cum in Persidem ducebantur patres nostri; sacerdotes qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus altus et siccus, et in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus.

20. Cum autem præterissent anni multi, et placuit Deo ut mitteretur Nehemias a rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui absconderant, misit ad requirendum ignem; et sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem, sed aquam crassam.

21. Et jussit eos haurire, et afferre sibi; et sacrificia quæ imposita erant, jussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, et ligna, et quæ erant superposita.

22. Utque hoc factum est, et tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

23. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Jonatha inchoante, cæteris autem respondentibus.

24. Et Nehemias erat oratio hunc habens modum : DOMINE Deus omnium creator, terribilis et fortis, justus et misericors, qui solus es bonus rex.

25. Solus præstans, solus justus, et omnipotens, et æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, et sanctificasti eos;

26. Accipe sacrificium pro universo populo tuo Israel, et custodi partem tuam, et sanctifica.

27. Congrega dispersionem nostram, libera eos qui serviunt gentibus, et contemplos et abominatos respice; ut sciant gentes quia tu es Deus noster.

28. Afflige opprimentes nos, et contumeliam facientes in superbia.

21. *Jussit sacerdos Nehemias.* La Vulgate donne à Néhémias le titre de prêtre. Le Grec ne lui donne pas ce titre, mais il ne dit rien qui y soit contraire. Il en est résulté une division entre les interprètes. D. Calmet, le P. de Carrières et presque tous les anciens, ont cru que Néhémias était de la race de Juda (Euseb., Isidor., Genebr., Rab., Abrah., Scaliger). Ménochius, Tirin, Cornelius, Estius et une foule d'autres, croient qu'il était de la race de Lévi. Ils se fondent sur ce texte de la Vulgate, sur le chapitre X du livre de Néhémias, qui place Néhémias à la tête des prêtres. Ce dernier sentiment, reposant sur des textes précis, nous semble bien plus probable que l'autre.

23. *Jonatha inchoante.* Jonathas le chef des chantres.

19. *In Persidem.* In Chaldæam. Vide dicta n. 12.

24. *Bonus rex.* In græco est, βασιλευς καὶ χρηστος, rex et bonus, sive benignus.

25. *Præstans.* In græco est, χρηστος, id est, munificus seu liberalis. — *Fecisti patres electos.* Elegisti patres nostros.

26. *Partem tuam.* Hereditatem, populum scilicet Israel.

27. *Congrega dispersionem nostram.* Reducens in patriam Israelitas, qui multis locis inter gentes dispersi exulant. — *Contemplos et abominatos.* Despectos et viles habitos, quos etiam gentiles abominantur propter religionis diversitatem.

28. *In superbia.* Superbe.

aussi la fête des Tabernacles et la fête du feu qui fut donné du ciel, lorsque Néhémias, après avoir rebâti le temple et l'autel, y offrit des sacrifices.

19. Car lorsque nos pères furent emmenés captifs en Perse, ceux d'entre les prêtres qui craignaient Dieu ayant pris le feu qui était sur l'autel, le cachèrent dans une vallée où il y avait un puits qui était profond et à sec, et le mirent là pour être gardé sûrement, comme en effet ce lieu demeura inconnu à tout le monde.

20. Et beaucoup d'années s'étant passées depuis ce temps-là, lorsqu'il plut à Dieu de faire envoyer Néhémias en Judée, par le roi de Perse, il envoya les petit-fils de ces prêtres qui avaient caché ce feu pour le chercher, et ils ne trouvèrent point ce feu, comme ils nous l'ont dit eux-mêmes, mais seulement une eau épaisse.

21. Alors le prêtre Néhémias leur commanda de puiser de cette eau, et de la lui apporter; et il leur ordonna d'en faire des aspersions sur les sacrifices, sur le bois, et sur ce qu'on avait mis dessus.

22. Ce qui ayant été fait, et le soleil qui était auparavant caché par un nuage ayant commencé à luire, il s'alluma un grand feu, qui remplit d'admiration tous ceux qui étaient présents.

23. Cependant tous les prêtres faisaient la prière à Dieu, jusqu'à ce que le sacrifice fût consumé, Jonathas commençant, et les autres lui répondant.

24. Et Néhémias pria en ces termes : SEIGNEUR Dieu, créateur de toutes choses, terrible et fort, juste et miséricordieux, qui êtes le seul bon roi.

25. Seul excellent, seul juste, tout-puissant et éternel, qui délivrez Israël de tout mal, qui avez choisi nos pères, et qui les avez sanctifiés.

26. Recevez ce sacrifice pour tout votre peuple d'Israël, conservez et sanctifiez ceux que vous avez rendus votre portion;

27. Rassemblez tous nos frères dispersés, délivrez ceux qui sont sous l'esclavage des gentils, regardez favorablement ceux qui sont devenus un objet de mépris et d'abomination, afin que les nations connaissent que vous êtes notre Dieu.

28. Affligez ceux qui nous oppriment et qui nous outragent avec orgueil.

29. Et établissez votre peuple dans votre saint lieu, selon que Moïse l'a prédit.

30. Cependant les prêtres chantaient des hymnes et des cantiques, jusqu'à ce que le sacrifice fût consumé.

31. Et le sacrifice étant consumé, Néhémias ordonna que l'on répandît ce qui restait de cette eau sur les grandes pierres.

32. Ce qu'on n'eut pas plus tôt fait, qu'il s'y alluma une grande flamme; mais elle fut consumée par la lumière qui s'éleva de dessus l'autel.

33. Lorsque cet événement fut rendu public, on rapporta au roi de Perse, qu'au même lieu où les prêtres qui avaient été emmenés captifs avaient caché le feu sacré, on avait trouvé une eau dont Néhémias et ceux qui étaient avec lui avaient purifié les sacrifices.

34. Le roi, après avoir considéré ce qu'on lui disait, et s'être assuré par une recherche exacte de la vérité du fait, fit bâtir en ce même lieu un temple.

35. Et se tenant assuré de ce prodige, il donna aux prêtres de grands biens, et leur fit divers présents, qu'il leur distribuait de sa propre main.

36. Néhémias appela ce lieu Nephthar, c'est-à-dire Purification, mais il y en a plusieurs qui l'appellent Nephî.

29. Constitue populum tuum in loco sancto tuo, a sicut dixit Moyses. [a Deut. 30. 3. 5. Infr. 2. 18.]

30. Sacerdotes autem psallebant hymnos, usquequo consumptum esset sacrificium.

31. Cum autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemia jussit lapides majores perfundi.

32. Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est; sed ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est.

33. Ut vero manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum, quod in loco, in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, et qui cum eo erant, purificaverunt sacrificia.

34. Considerans autem rex, et rem diligenter examinans, fecit ei templum, ut probaret quod factum erat;

35. Et cum probasset, sacerdotibus donavit multa bona, et alia atque alia munera, et accipiens manu sua, tribuebat eis.

36. Appellavit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur Purificatio. Vocatur autem apud plures Nephî.

CHAPITRE II.

Continuation de la lettre précédente. Préface de ce livre.

1. Or on trouve dans les écrits du prophète Jérémie, qu'il commanda à ceux qui allaient de Judée en un pays étranger de prendre le feu sacré comme on l'a marqué auparavant, et qu'il leur donna des préceptes, lorsqu'ils étaient sur le point d'être transférés.

2. Et il leur enjoignit très-expressément de n'oublier pas les ordonnances du Seigneur, et de ne pas tomber dans l'égarement d'esprit en voyant les idoles d'or et d'argent, avec tous leurs ornements.

33. Regi Persarum. Artaxerxès surnommé Longue-Main.

34. Fecit ei templum. Ou, d'après le Grec, il fit entourer ce lieu où le feu avait été gardé, et il le fit respecter comme un lieu sacré dont on ne doit s'approcher qu'avec respect.

36. Apud plures Nephî. Le Grec de l'édition romaine lit : Nephthaci. On pourrait le dériver de mot chaldéen *phetir*, qui signifie être pur.

CAP. II. — 1. In descriptionibus Jeremiæ prophetæ. On ne sait s'il s'agit ici d'écrits du prophète Jérémie ou de Mémoires qui auraient été composés sur son temps, mais ces ouvrages n'existent plus.

29. Constitue populum. Restitue patriis sedibus, et reduc in terram sanctam. — Sicut dixit Moyses. Deut., 30, 3 et 5.

31. Jussit lapides majores perfundi. Qui essent majores hi lapides non satis constat; fortasse intelligit lapides inferiores altaris, ad quos sæpe hostiarum sanguis, ut nunc aqua, fundebatur, usque ad imam crepidinem ejus. Vide Ezechiel, c. 42, n. 13, et quæ ibi notavimus.

32. Sed ex lumine. Pro nam ex lumine, id est, ex igne qui jam ardebat in altari.

33. Qui translati fuerant. Ducti in captivitatem.

34. Fecit ei templum. In græco est, περιπαλάξας δὲ τὸ βασιλεὺς ἱερὸν ἐποίησας, id est, cum sepsisset rex, sacrum fecit; id est, locum illum in quo repositus fuerat ignis, qui deinde mutatus est in aquam crassam, sacrum esse voluit, et illum sepsit. Itaque ἱερὸν sumitur adjective, et ad eundem sensum facile explicari potest textus vulgate nostræ editionis.

36. Vocatur autem apud plures Nephî. Vulgo appellationem loci corrupte, ut quotidie fieri videmus in aliis vocibus, quæ hujusmodi syncopas et mutationes patiuntur.

CAP. II. — 1. In descriptionibus Jeremiæ. Qui liber modo non exstat. — Ignem accipere. Sacrum ignem, ne periret. — Qui transmigrabant. Qui captivi ducebantur in Babylonem. — Ut significatum est. Superiori capite, 1, n. 19.

3. Et alia hujusmodi dicens, hortatur ne legem amoverent a corde suo.

4. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum et arcam jussit propheta divino responso ad se facto comitari secum, usquequo exiit in montem a in quo Moyses ascendit, et vidit Dei hæreditatem. [a Deut. 34. 1.]

5. Et veniens ibi Jeremias invenit locum speluncæ; et tabernaculum, et arcam, et altare incensi intulit illuc, et ostium obstruxit.

6. Et accesserunt quidam simul qui sequebantur, ut notarent sibi locum; et non potuerunt invenire.

7. Ut autem cognovit Jeremias, culpans illos, dixit: Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, et propitius fiat;

8. Et tunc Dominus ostendit hæc, et apparebit majestas Domini, et nubes erit, sicut et Moysi manifestabatur, et a sicut cum Salomon petiit ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc. [a III. Reg. 8. 11. II. Par. 6. 14.]

9. Magnifice etenim sapientiam tractabat; et ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis, et consummationis templi.

3. Et leur donnant encore divers avis, il les exhortait à n'éloigner jamais de leur cœur la loi de Dieu.

4. Il était aussi marqué dans le même écrit que ce prophète, par un ordre particulier qu'il avait reçu de Dieu, commanda qu'on emportât avec lui le tabernacle et l'arche, jusqu'à ce qu'il fût arrivé à la montagne sur laquelle Moïse avait monté, et d'où il avait vu l'héritage du Seigneur.

5. Et Jérémie y étant arrivé, y trouva une caverne où il mit le tabernacle, l'arche et l'autel des encensements; et il en boucha l'entrée.

6. Or quelques-uns de ceux qui l'avaient suivi s'étant approchés pour remarquer ce lieu, ils ne purent le trouver.

7. Et Jérémie l'ayant su, les blâma, et dit que ce lieu demeurerait inconnu jusqu'à ce que Dieu eût rassemblé son peuple dispersé, et qu'il lui eût fait miséricorde.

8. Et qu'alors le Seigneur ferait voir ces choses; que la majesté du Seigneur paraîtrait de nouveau, et qu'il y aurait une nuée, selon qu'elle avait paru à Moïse, et qu'elle fût manifestée lorsque Salomon demanda que le temple fût sanctifié pour le grand Dieu, et qu'il lui fût consacré.

9. Car alors il faisait éclater sa sagesse d'une manière admirable, et il offrit le sacrifice de la dédicace et de la consommation du temple, comme un homme qui était rempli de sagesse.

5. Et ostium obstruxit. L'arche d'alliance n'a jamais été retrouvée, et elle n'a point reparu dans le second temple. C'est le sentiment de Théodoret, de saint Thomas, de Sanctius, et en général de tous les Pères. C'est ce que suppose le passage de Jérémie lui-même (ch. III, vers. 16). Voyez notre note.

7. Donec congreget Deus. Lorsque le Messie parut, on vit en lui l'arche d'alliance véritable. Car, comme le dit saint Jean (Apoc., XI, 19), Jésus-Christ est lui-même l'arche vivante de l'alliance nouvelle, parce que toute la plénitude de la Divinité habite en lui substantiellement, et qu'en lui se trouve toute la justice, toute la vérité et toute la perfection de la loi, dont les tables étaient renfermées dans l'arche.

4. In ipsa scriptura. Descriptionem Jeremiæ. — Quomodo tabernaculum et arcam. Non fuisse a militibus diripientibus Jerusalem ablatam arcam aut tabernaculum, satis patet ex Jerem., c. 52, ubi enumerantur omnia quæ ex templo Domini Chaldæi abstulerunt, usque ad phylas et mortariola; arcæ vero et tabernaculi nulla mentio. Itaque hæc a Jeremia ablata sunt, ut hic habemus: quomodo autem id fieri potuerit, et quando factum sit, antequam captam urbem, an post, disputat Serar. in hoc cap., quæst. 17; et Bellarm., de Verbo Dei, lib. 1, c. 15, in responsis ad quartam objectionem. Vide etiam Salian., tom. 4, anno mundi 3446, n. 28. — Montem. Nebo. — Dei hæreditatem Terram sanctam, quam Deus Mosi ex arduo illo montis vertice ostendit. Vide Deut., 34, 1.

5. Veniens ibi Jeremias. Solus, nullis comitantibus, ut apparet ex sequentibus. Itaque censet Serarius, quæst. 18, arcam angelorum opera delatam fuisse. Sic, tanto post, aedes Lauretana non semel ab angelis de uno loco in alium translata est.

7. Ignotus erit locus. Salianus, tom. 5, anno mundi 3609, n. 95 et sequentibus, fuse probat tunc arcam et tabernaculum, etc., inventa esse, cum inventa est aqua crassa, de qua supra, c. 1, n. 20. Quod admodum probabiliter dicitur: neque enim aliud tempus proferri potest, in quo hæc Jeremiæ prophetia impleta sit, in quo visibilis Dei majestas apparuerit ut Mosi et Salomoni, quam hoc, in quo Deus præsentiam majestatis in igne mirabiliter accenso demonstravit; in quo nubes solem, et sacrificia, et altare obtegebat, ut Mosis et Salomonis temporibus contigerat. Ista etiam congregatio populi non alia intelligenda videtur, quam quæ post captivitatem Babylonicam facta est, sub Cyro, Dario et Artaxerxe. Alii tamen congregationem populi eam hic intelligi putant, quæ erit extremo mundi tempore; tunc enim per Enoch et Eliam proferebam arcam, etc., quæ explicatio ex eo confirmari potest, quod Josephus, libro 6 Belli, capite 6, affirmat tempore Romanorum nihil omnino fuisse in Sancto Sanctorum. Vide Riberam in c. 1. Aggæi. Non ergo tunc arca inventa est, cum ex aqua illa crassa ignis emicuit.

8. Sicut cum Salomon. Vide III. Reg., 8, 11; et II. Paral., 6, 14. — Manifestabat hæc. Deus nube templum obtegens.

9. Magnifice etenim sapientiam tractabat. Hæc verba non sunt in textu græco. Possunt autem referri, vel ad Deum, vel ad Salomonem. Ad Deum, ut sensus sit, Deum sapientiam Salomonis, qua templum extruxit magnifica nubis obumbratione cohonestasse; ad Salomonem, ut sententia sit, eum magnifica opera edidisse consentanea magnæ sapientiæ suæ.

10. Comme Moïse pria le Seigneur, et que le feu descendit du ciel et consuma l'holocauste; ainsi Salomon pria, et le feu descendit du ciel et consuma l'holocauste;

11. Et comme Moïse dit à Aaron : *Vous avez fait une faute*, parce que l'hostie qui a été offerte pour le péché n'a point été mangée, mais consumée par le feu;

12. Salomon aussi célébra pendant huit jours la dédicace du temple.

13. Ces mêmes choses se trouvent aussi dans les écrits et dans les mémoires de Néhémias, où l'on voit qu'il fit une bibliothèque, ayant rassemblé de divers pays les livres des prophètes, ceux de David, et les lettres des rois, et ce qui regardait les dons.

14. Judas a encore recueilli tout ce qui s'était perdu pendant la guerre que nous avons eue : et ce recueil est entre nos mains.

15. Si vous désirez avoir ces écrits, envoyez-nous des personnes qui puissent vous les porter sûrement.

16. Nous vous avons donc écrit, étant sur le point de célébrer la purification du temple : et vous ferez bien de célébrer cette fête.

17. Or nous espérons que Dieu qui a délivré son peuple, qui a rendu à tous leur héritage, et qui a rétabli le royaume d'Israël, le sacerdoce et le lieu saint,

18. Selon qu'il l'avait promis dans la loi, nous fera bientôt miséricorde, et nous rassemblera de tous les pays qui sont sous le ciel, dans son saint lieu.

11. *Et dixit Moyses.* Moïse releva la faute qu'avait faite Aaron, et il montra par là qu'il avait le plus grand zèle pour l'observation de la loi, puisqu'il en remarquait les moindres transgressions; de même Salomon montra son zèle pour la gloire de Dieu en célébrant, avec une magnificence extraordinaire, la dédicace du temple qu'il avait bâti en son honneur.

13. *In descriptionibus et commentariis.* Ces détails ne se trouvent pas dans le livre de Néhémias, qui fait partie de nos livres saints. On en a conclu qu'indépendamment de ce livre, il avait écrit des Mémoires, dont l'ouvrage que nous possédons n'est peut-être qu'un abrégé. Quant à la bibliothèque qu'il forma, elle était probablement du genre de celle que les Ptolémées avaient fondée quelque temps auparavant en Egypte. — *Et epistolas regum.* C'étaient les lettres des rois de Perse, relativement aux Juifs et aux dons qu'ils avaient faits au temple du Seigneur à Jérusalem.

14. *Similiter autem et Judas.* Le P. de Carrières a cru que c'était Judas Machabée, mais nous croyons plutôt, avec Ménochius, qu'il s'agit de Judas l'Essénien (Cf. supr., cap. I, 10).

16. *Acturi itaque purificationem.* C'est la fête dont il est parlé au chapitre précédent, verset 18.

10. *Descendit ignis.* Historiam habes Levit., 9, 24. — *Sic et Salomon.* Vide II. Paral., 7, 1.

11. *Et dixit Moyses.* Questus est Moses. — *Eo quod non sit comestum quod erat pro peccato.* Eo quod Aaron et ejus filii, recenti snorum clade percussis et mœsti, hircum pro peccato non comedissent, ut debebant per legem Levitici cap. 6, n. 26. — *Consumptum est.* Sacrificium illud pro peccato, hoc est, hircum, cum ipsi non comederent, combusserent, putantes ita faciendum esse ex lege Levit., c. 7, n. 17. Pistoria hæc habetur Levit., c. 10, n. 16. Vide quæ ibi notavimus. Sunt hæc aliquo modo cum superioribus continuanda et applicanda. Ut nimirum quemadmodum ignis cæteras victimas ascendit, ita et hostiam hanc pro peccato absumpsit.

13. *Inferbantur.* Græce, ἔγγυοντο, id est, narrabantur. — *Construens bibliothecam.* Per congregationem hanc librorum, quæ a Nehemia facta dicitur non significatur libros sacros quasi deperditos, esse ab eo vel ab Esdra restitutos; sed tantum bibliothecam exstructam in qua essent libri de regibus et prophetis, res ipsius Davidis, epistolæ regum de anathematibus sive donariis.

14. *Judas.* Videtur intelligi Judas Essenus, cujus facta mentio, cap. 1, n. 10.

17. *Sanctificationem.* Templum.

18. *Congregabit.* Etiam alios, qui adhuc dispersi sunt.

10. Sicut a et Moyses orabat ad Dominum, et descendit ignis de celo, et consumpsit holocaustum, sic b et Salomon oravit, et descendit ignis de celo, et consumpsit holocaustum; [a Levit. 9. 24. || b II. Par. 7. 1.]

11. Et dixit Moyses, a eo quod non sit comestum quod erat pro peccato, consumptum est; [a Levit. 10. 16. 17.]

12. Similiter et Salomon octo diebus celebravit dedicationem.

13. Inferbantur autem in descriptionibus et commentariis Nehemias hæc eadem; et ut construens bibliothecam congregavit de regionibus libros, et prophetarum, et David, et epistolas Regum, et de donariis.

14. Similiter autem et Judas ea quæ deciderant per bellum quod nobis acciderat, congregavit omnia, et sunt apud nos.

15. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.

16. Acturi itaque purificationem scripsimus vobis, bene ergo facietis, si egeritis hos dies.

17. Deus autem qui liberavit populum suum, et reddidit hæreditatem omnibus, et regnum, et sacerdotium, et sanctificationem,

18. a Sicut promisit in lege, speramus quod cito nostri miseribitur, et congregabit de sub celo in locum sanctum. [a Deut. 30. 3. 5. Sup. 1. 29.]

19. Eripuit enim nos de magnis periculis, et locum purgavit.

20. De Juda vero Machabæo, et fratribus ejus, et de templi magni purificatione, et de aræ dedicatione;

21. Sed et de præliis quæ pertinent ad Antiochum Nobilem et filium ejus Eupatorem;

22. Et de illuminationibus quæ de celo factæ sunt ad eos qui pro Judæis fortiter fecerunt, ita ut universam regionem, cum pauci essent, vindicarent, et barbaram multitudinem fugarent;

23. Et famosissimum in tote orbe templum recuperarent, et civitatem liberarent, et leges quæ abolitæ erant, restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis;

24. Itemque ab Jasone Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentavimus nos uno volumine breviare.

25. Considerantes enim multitudinem librorum, et difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum,

26. Curavimus videntibus quidem legere, ut esset animi oblectatio; studiois vero, ut facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus utilitas conferatur.

27. Et nobis quidem ipsis qui hoc opus breviantibus suscepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris assumpsimus.

28. Sicut hi qui præparant convivium, et querunt aliorum voluntati parere propter multorum gratiam, libenter laborem sustinemus.

